



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

IX. Die Markgrafen Otto und Conrad verleihen der Stadt Königsberg das
Recht, Mühlen anzulegen, am 13. Oktober 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

IX. Die Markgrafen Otto und Conrad verleihen der Stadt Königsberg das Recht, Mühlen anzulegen, am 13. Oktober 1298.

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landsberch Marchiones, universis ac singulis hanc literam inspecturis in vero salutari salutem. In tempore que aguntur, ne simul cadant cum tempore, necesse est, ut testimoniis literarum approbentur. Hinc est, quod Nos consulibus, scabinis totique civitati konigesberch donavimus plenam libertatem super molendinis construendis, si qua edificare potuerint in suis campis et agris ad civitatem supradictam pertinentibus, que si construxerint et suis laboribus comparaverint, ipsis eadem molendina concedimus et donamus cum omni jure et utilitate quiete et pacifice cum omni libertate perpetuo possidenda, quod protestamur in hiis scriptis. In hujus rei testimonium nostris sigillis sigillavimus prefens scriptum. Testes huius facti sunt Dominus Otto de pvoch, fredericus de Ecstede, Johannes de oldenvlite, Hasso de Wedel, Otto de Yleborch, Conradus de Redere, Albertus de Clepz, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in Koningesberch, Anno Domini M. CC. LXXXVIII^o., feria secunda post diem beati Dionysii, per manum Thydemanni de Kothene, Scriptoris curie nostre.

Aus dem Königsberger Copialbuche No. 15 und dem Originale No. 3a.

X. Bischof Heinrich von Camin bestätigt dem Orden der Tempelherren das Patronat der Pfarrkirche zu Königsberg, am 5. November 1304.

Henricus, dei gratia Caminensis Ecclesie Episcopus, Vniuersis presenciam uisuris salutem — Litteras illustrium Principum ac dominorum Ottonis et Conradi, Marchionum brandenburgensium, uidimus in hec uerba: In nomine domini Amen. Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones brandenburgenses etc. (Urk. vom 22. April 1282, No. III.) Nos itaque attendentes terre sancte utilitatem, prescriptam donationem a dictis dominis marchionibus pretactis fratribus militie templi indultam, gratam et ratam habentes Auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In cuius euidenciam nostrum sigillum presentibus est appentum. Datum Werben, Anno domini M^o CCC^o quarto, feria quinta post festum Omnium sanctorum.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv XVI, 307. 308.